

*Cucupha 3x.*

R. Rad. Paeon. mar. licc. 3ij. Angel. Hisp. 3j.  
Irid. Florent. Flor. Lavend. 3fs. Fl. Stech. Arab.  
3j. Garyoph. Nuc. Mosc. Mac. 3j. Styr. Calam  
Labdani, Succini, Bals. Tolu, 3j. Ol. Rorif-  
mar. gut v. fiat pulvis crassiusculus, qui bomba-  
ce exceptus, & panno sericeo intersutus, for-  
metur, ut artis est, pro Cucupha, quæ singu-  
lis noctibus, fumo Succini, Olibani, Balsami  
Tolut. aut similiūm (super carbones conjecto-  
rum) calefacta, super caput gettetur.

Insignis est utilitatis in Affectibus Capitis,  
humidis, pituitosis; in Doloribus frigidis, diu-  
turnis, Catarrhalibus. Spiritus recreare, & ro-  
bur Capiti Cerebroque conciliare creditur.

*Decoct. Acetosæ.*

R. Rad. Acetosæ, Passul. sol. exacin. & con-  
cif. 3ij. Rad. Glycyrrh. Hord. Perl. 3fs. Coq.  
in Aq. font. ibij. ad ibij. Col. adde Syr. Limon.  
3j. m.

Sit in Potum Febricitantibus.

*Decoct. Agarici.*

R. Agar. (concis. & nodolo lig.) 3ij. Coq. in  
Aq. font. q. f. ad. 3ij. sub. finem. addendo Ga-  
ryoph. contuf. 3fs. Col. admisce Scammon. præp.  
gr. iv. Syr. Ros. Sol. 3j. Ol. Anisi gut. j. f. Potio.

Ubi cumque Phlegma tenax, vilcerá oblinens,  
fuerit expurgandum, apprimè convenit; & spe-  
ciatim Chlorosi laborantibus (ante Chalybeato-  
rum usum) insigniter conduxit sepius obser-  
vavi.

*Decoct. Allii.*

R. Raf. Lig. Sanct. 3ij. Rad. Zedoar. 3fs.  
Coq. in Aq. font. ibij. ad medias, sub finem ad-  
dendo

## D E

33

dendo Rad. Allii concis. 3ij. Sem. Anisi, Dauci  
sylv. Cymini a 3j. Col. adde Sp. Cochl. 3fs. m.  
Contra Hydropem propin. 3vj. manè, & quar-  
tâ pomerid.

*Decoct. Althææ.*

R. Rad. Alth. 3ij. Herb. Alth. M. j. Coq. in  
Aq. Hord. 1biji. ad iis. Col. adde Aq. Rapii. comp.  
Spir. Vini Gall. a 3iv. Bac. Junip. Lauri a 3fs.  
Sem. Anisi, Fænic. dul. Carui, Dauci sylv. a  
3ij. f. Infus. cal. & clausa 2. horas, in col. dissol.  
Gum. Arab. 3j. Syr. de Mecon. 3iv. m.

Urinam, & Arenulas pellit, eodemque tem-  
pore Acorem obtundit, & Dolorem sedat.

*Decoct. Amaro-Aromatici 1biji.*

R. Rad. Calami arom. Zedoar. a 3fs. Gent. Ga-  
langæ a 3ij. Herb. Centaur. min. Ablint. ficc. Flor.  
Chamæm. Stachad. a 3j. f. Decoct. in Aq. font.  
1biji. ad ij. sub finem addendo Sem. Carui contus.  
3fs. Col.

Vires possidet Decocti Amari Alterantis : sed  
insuper potentiùs flatus discutit ; & Ventricu-  
lum calefacit. Dos. 3iv. bis in die.

*Decoct. Antiloimici 1biji.*

R. Rad. Zedoar. 3fs. Rad. Contray. Angel.  
Hisp. Raf. CC. Eboris a 3ij. Theriacæ Ven. Mi-  
thrid. Diaſcord. a 3j. Croci 3ij. Coccinel. 3ij. Præp.  
adde Aq. Hord. depur. 1biji. & in olla vitreata,  
operculo suo clausa, semihoram coque. Hujus  
Decocti per manicam Hippoc. fine expreſſione  
transcolati 3xxiv. adde Aq. Epidem. Theriacal  
a 3ij. Syr. Garyoph. 3iv. Succi Cherm. col. 3fs  
Fol. Auri N .iv. m.

Quando Febris Malignæ Venenum Spiritus  
adoritur, stupeſacit, & ferè examinat ; hujus-

C

mo-

modi generosa Alexipharmacā tempestivē exhibita, novum Vigorem inspirando, Copulamque Deleteriam excutiendo, subindē ex Orci fauibus ægrum arripiunt.

Cūm verò, ex altera parte, Malignitas sit agilis & ferae indolis (ut in Variolis, Morbillis, & Febribus quibuscumque malignæ profapie Inflammatoriis) tunc Alexipharmacā, quæ Sanginem in fervores, & Spiritus in furores adigere possunt, pro Venenis omnino sunt habenda.

Dos. Cochli. iij. vel iv.

*Decoct. Aperientis*  $\frac{1}{2}$ ij.

R. Rad. Petrosel. Foenic.  $\frac{1}{2}$ j. Cort. Cappar. Tamarisci  $\frac{1}{2}$ fs. Herb. Ceterach, Ling. Cerv. Agrimon. Hepaticæ  $\frac{1}{2}$  M. j. Coq. in Aq. & Vini albi.  $\frac{1}{2}$ ij. ad  $\frac{1}{2}$ xxvij. Col. dissol. Syr. è 5. Rad. Oxym. simpl.  $\frac{1}{2}$ ij. m.

Iisdem pollet virtutibus, ac Cerevisia Scorb. Attemper. quam vide; sed potentius Diurest ciet.

*Decoct. Adstringentis*  $\frac{1}{2}$ ij.

R. Cort. Granat. contus.  $\frac{1}{2}$ j. Coq. in Aq. (vel Decoct. alb. depur.)  $\frac{1}{2}$ ij. ad medias, sub finem adjiciendo Garyophyll. contus. Nuc. Mosc.  $\frac{1}{2}$ j. Col. dissolute Syr. è Rosis sicc.  $\frac{1}{2}$ ij. Aq. Cinnam. fort.  $\frac{1}{2}$ iv. Aq. Ment.  $\frac{1}{2}$ j. Theriacæ Ven.  $\frac{1}{2}$ ij. m.

Ventriculum, & cætera Viscera firmat. Multiplicis est usus in enormi, Symptomatica Diarrhoea, Dysenteria, &c. Dos.  $\frac{1}{2}$ iv. bis in die; vel cum vel sine Laudano pro præsenti rerum ratione.

*Decoct. Balsamici*  $\frac{1}{2}$ ij.

R. Passif. sol. excavat. & concis.  $\frac{1}{2}$ ij. Rad. Sarœ, Chinæ, Glycyrrh.  $\frac{1}{2}$ fs. Eboris, CC.  $\frac{1}{2}$ ij. Summit. Hyper. M. j. Coq. in Aq. Hord.  $\frac{1}{2}$ ij. ad  $\frac{1}{2}$ xxx.

## D E

35

ʒ xxx. sub. medium coctionis addendo Bals. To-  
lu. ʒ iij. Col. dissol. Syr. ē Rubo Idæo ʒ ij. Bals. Pe-  
ruv. gut. viii. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

In Phthiſi utiliter propinatur. Ichoris enim  
acredinem corrigit; Bronchiorum infarctus ex-  
pedit; Tubercula cruda dissipat; & vaforum  
rupturas refarcit. Exhibetur ad ʒ iv. bis, terve  
in die.

*Decoꝝ. Bardane Comp. fibij.*

℞. Rad. Bard. ʒ iv. Herb. Chamæpit. M. iv.  
Coq. in Aq. font. fibij. Col. ʒ xxvij. adjice Aq.  
Lumbric. Magistr. ʒ iv. Spir. Cochli. Elix. Propri.  
Tartaris. à ʒ ij. m.

Ad Arthritidem.

*Decoꝝ. Berberum fibij.*

℞. Cort. Berber. Rad. Curc. à ʒ fs. Herb. Che-  
lid. maj. M. iv. Fimi Anſer. (in nodulo) ʒ ij. Aq.  
font. fibjs. Coq. ſub finem add. Vini albi fibs.  
Croc. Əj. Col. fibij.

Ad Icterum. Dof. ʒ iv. cum Syr. ē 5. Rad. &  
Oxym. Scill. à ʒ iij. bis in die.

In Ictero obſervabat Præticus quidam, Mor-  
bum fore lethalem, quando colore, non tantum  
faciei cutim, quaꝝ rarior eſt, ſed etiam capitis,  
quaꝝ craſſior eſt, flavo fulco timixerit.

*Decoꝝ. Cacheeticum pro 4. doſibus.*

℞. Rad. Polypod. ʒ j. Cort. Fraxini, Tamarind.  
à ʒ fs. Paſſul. ʒ j. Crem. Tart. ʒ ij. Coq. in Aq. font.  
ʒ xx. Col. ʒ xij. adde Vini albi. ʒ iv. Succi Limon.  
ʒ fs. Sennæ ʒ j. Rhab. (in nodulo) ʒ fs. fiaſt Infu-  
ſio calida, & clauſa 12. horas. Col. adde Man-  
nae, Syr. Cichor. cum Rhab. à ʒ ij. Ol. Anisi gut.  
ij. Sp. Cochli. Elix. Prop. à ə iv. m.

Cacheetici quoꝝ lenius tractentur, eo citius  
eturantur.

C 2

De-

*Decoct. ad Cancrum fibiv.*

R. Rad. Scroph. maj. Tapsi Barb. à 3ij. Filipend. Herb. Ceterachi, Roberti, Agrimon. Tormentil. Scabiosæ, Linar. à M. j. Flor. Samb. Anthos à p. j. Sem. Urticae 3ij. f. Decoct. in Aq. fibvj. ad fibijs. Col. add. Syr. de Pomis Alterant. & de Succo Citri à 3iv. m.

Propin. hauft. ter in die.

*Decoct. Cannabini fibiv.*

R. Sem. Cannab. contuf. 3ij. Herb. Agrimon. Bursa Past. Plantag. Centinod. à M. ifs. Coq. in Aq. fibvj. ad iv. Col. edulc. Sacchari 3iv. vel. Syr. è Ros. fccis 3vij.

Dos. 3iv. bis in die, ad Miictum in lecto involuntarium.

*Decoct. Catarrhalis fibij.*

R. Raf. Sant. citr. & rub. à 3ij. Guajaci, Salsaph. à 3fs. Glycyrrh. 3ifs. Passif. sol. 3j. Coq. in Aq. Hord. depur. fibijs. sub finem coctionis adde Succi Cynoglos. 3iv. Coq. ad fibij. & col.

Dos. 3iv. ter in die.

*Decoct. Catechu Simpl. fibj.*

R. Pul. Ter. Japon. 3ij. Coq. in Aq. font. fibj. ad 3xij. Per subsidentiam depur. adde Aq. Cinam. fort. Syr. Cydon. vel. è Rosis fccis) à 3ij m

Dos. ab 3ij. ad 3iv. in Ventriculi, aut Intestinorum, laxitate, atque in dispositione Sanginis Catarrhalis.

*Decoct. Catechu Comp. fibij.*

R. Raf. Guajaci, Salsaph. à 3ij. Sant. citr. & rub. à 3ij. Terræ Japonicæ pul. 3fs. Glycyrrh. 3j. Salv. fcc. M. j. Coq. in Aq. Hord. fibijs. ad 3xxx. Col. dissol. Diacodii 3ij. Ol. Anisi gut. j. m.

Vasorum, & Glandularum, oscula deliifticia

tia fortiter constringit : Membranas exquisitè sensibiles mucore leni oblinit; Spiritusque irritabiles demulcet , & pacat : Hinc in Catarrho tenui, præ aliis ferè quibuslibet præfidiis, opem contulisse frequenter animadverti. Dof. 3ij. ter in die.

*Decoct. Cephalici fibij.*

R. Guajaci, Salsaph. a 3ij. Rad. Paeon. mar. 3j. Herb. Salv. sicc. Majoranae, Beton. Fl. Stæchad. Arab. a Mls. Coq. in Aq. font fibij. ad 3xxvij. Col. adjice. Aq. Paeon. Comp. Syr. Paeon Comp. a 3ij. Tinct. Caftor. 3ij. Ol. Rorifmar. Nuc. Mosc. a gut. ij. Sacc. alb. 3j.

Aptè præscribitur contra Affectus Capitis, & Nervorum, frigidos, Catarrhosos; ad Apoplexiām; Epilepsiam; Torporem; Paralyfin, &c. ad 3iv. bis in die.

*Decoct. Cerevisiatum.*

R. Raf. Lig. Sancti, Glycyrrh. a 3j. Passifl. Malacens. 3ij. Ter. Japon. 3ij. Coq. in Cerevisi fort. novel. nondūm fermentationem passæ fibij. ad 3xxx. Col. subfidendo clarefacta adde Tinct. Benzo. 3ij. Syr. Bals. 3ij. m.

Iisdem ferè viribus pollet ac Extractum Peitorale; sed magis calefacit, incidit, & expēctorat.

*Decoct. Chamæpiteos Comp. fibij.*

R. Chamæpit. M. ij. Flor. Stæch. Arab. 3ij. Rad. Paeon. Mar. 3j. Coq. in Aq. font. fibij. ad fibij. Col. adde Spir. Coch. & Spir. Lavend. Comp. a 3j. m.

Sumantur 3iv. cum Spir. Sal. Armon. gut. xx. ter. in die ad Arthritidem.

*Decoct. Clysterisantis tibj.*

R. Herb. Malvæ M. ij. Senecion. à M. j. Fl. Chamaem. Sem. Lini. à 3ij. Sem. Foenic. dulc. 3ss. f. Decoct. in Aq. tibis. ad tibj. Col.

Parum differt à Decocto Communi; sed quia Beta, Parietaria & Mercurialis non adeò ubivis crescent, recentes præsto sunt, hoc, facilius & citius parabile, describere operæ pretium forè duxi.

*Decoct. Coccinei tibj.*

R. Nitri 3j. Sacch. albi 3iv. Coccinel. gr. xvij. f. pulv. qui conjiciatur in Aq. fontanæ bullientis tibj. Coq. ad despum. & per subsidentiam depuratur.

Splendidissimè rubens pulcherrimè blanditur oculis; nec palato valde est inimicum; inter omnes enim, quos (variè tendando) invenire adhuc mihi licuerit, bunc facile jucundissimum esse modum exhibendi Salem Prunellæ didici. Sanguinis fervorem compescit; Sitim sedat; Urinam ciet; Febribus Inflammatoriis, & speciatim Pleuritidi convenit; Arenulas expellit, Exhiberi possint 3iv. bis terve in die.

Nitrum & Nitrata in Malignis Febribus, cum Diarrhœa vel Vomitu coniunctis, non convenient: quippe hunc augent, & quoque alias ægros tales ad excretiones alvi proclives redundunt. Ettmul. i vol. 1102.a.

*Decoct. Coprogogum.*

R. Passul. Malacens. concil. 3ij. Coq. in Aq. font. tibis. ad tibj. In col. infunde super cineres calidos (vel in Furno) per noctem Sennæ Sem. Carui, Anisi, Cymini à 3vj. Sal. Tart. 3j. In Col. dissolve Syr. Roi. sol. 3j. m.

In Colica, & ad Scybalos expellendos egredi valuisse non semel observavi.

De-

*Decoct. Corallinae fibj.*

R. Mercurii vivi ʒij. Herb. Dictamn. Cret. ʒij.  
Corallinae pul. ʒſs. Coq. in Aq. Portul. fibſs. ad  
ʒxiv. Coletur, separetur à Mercurio, & edul-  
coretur Syr. Limon. ʒij.

Detur Pueris ad ʒij. bis in die per 4. dies ante  
Novilunium, & Plenilunium, atque dein pur-  
gentur.

*Decoct. Cynoglossi fibj.*

R. Herb. Cynoglosf. M. ij. Glycyrrh. ʒſs. Pas-  
ful. fol. ʒij. Coq. in Aq. font. fibſs. ad ʒxxx. sub  
finem addendo Sem. Anisi ʒſs. Col. adde Diacod.  
ʒij. m.

Ad Tussim, Tracheæ asperitatem, omnesque  
Thoracis & Spiritualium partium Affectus, à  
fluxionibus acribus ortum ducentes, accommo-  
datum est remedium. Dof. ʒiv. bis terve in die.

*Decoct. Depurantis fibj.*

R. Rad. Gram. Rusci, Fenic. Petrosel. a ʒj.  
Herb. Aparin. Tarax. a M. i. Uvar. Corinth. con-  
cif. ʒij. Coq. in Aq. font. fibſs. ad ʒxxvij. Col. dif-  
sol. Sal. Prunel. ʒij. Syr. e 5. Rad. ʒiv. m.

Urinam potenter ciet; Renes & Vesicam Sa-  
bulo & Muco liberat; Sanguinem egregie de-  
purat; ideoque proficuum eit Scorbuticis tem-  
peramento calidiori preditis; atque admodum  
conducit post istiusmodi Febres, quæ retorri-  
dam Sanguini crasim intulerunt.

Propin. ʒiv. vel vj. bis vel ter in die.

*Decoct. Diureticī fibj.*

R. Rad. Fenic. Asparagi a ʒij. Fruct. Alkek.  
N°. xvij. Herb. Virgæ aur. M. ij. Coq. in Aq. & Vi-  
ni albi a ʒxx. ad ʒxij. Col. adde Aq. Raph. Comp.  
ʒij. Succi depur. Petrosel. Syr. Alth. a ʒiv. Mil-

40 D E  
lep. viv. contus. & express. N. 300. Sal. Prunel.  
3ij. m.

Serum, & recrementa salina, a sanguine copiose fecerunt; Renes, Ureteres, & Vesicam efficaciter abluit. Dos. ab 3iv. ad 1bss.

*Decoct. Diuretic-Catharticum.*

R. Rad. Urticæ 3j. Bac. Junip. 3fs. Coq. in Aq. font. 1bfs. ad 1bj. sub. finem addendo Sem. Petrosel. Dauci. sylv. a 3ij. Col. adde Sennæ 3fs. Rhabarb. Agar. (in nodulo) a 3ij. Sal. Armon. crudi 3ij. Aq. Raph. comp. 3ij. f. Infus. calida, clausaque sex horas. Col. 3xiv. admisce Spir. Cochl. 3iv. Ol. Anisi. gut. iv. Syr. Ros. solut. 3ij. m. Pro iv. dosibus.

*Decoct. Edulcorantis 1b vj.*

R. Rad. Sarsap. Chinæ a 3ij. Raf. Lig. Sant. citr. & rub. C. C. Eboris a 3vj. Infunde l. a. & coq. in Aq. font. 1bxij. ad 1byj. Col. edulc. Sacch. 3vi. m.

Dicitur Seri lymphatici acorem corrigere; quantitatem ejus nimiam minuere; Diaphoresin leniter promovere; usui esse insigni in Phthisi incipiente; Doloribus vagis; Affectionibus catarrhosis; Ulceribus; Morbisque Cutaneis.

*Decoct. Emmenagogi 1bij.*

R. Rad. Apii, 3ij. Calami Arom. Bac. Lauri a 3ii. Zedoar. Cubeb. a 3fs. Mac. 3ij. Rad. Galanga, Gran. Parad. a 3fs. Dictamn. Cret. Puleg. a M. j. Coq. in Aq. font. 1bij. & Vin. albi 1bj. ad 3xxvij. Col. adde Tinct. Croci (Aq. Theriac. extractæ) 3j. Syr. de Stachade 3ij. m.

Sanguinis massam novo orgasmo commovet; illumque vividius ad Arterias Uterinas impellit; Vassorum extremitates aperit. Prægrefsæ Cathar-

tharsi debitā , & instantē tempore menstruo ,  
sumat patiens ʒiv. ad tbs. bis in die , probē fē  
exercendo , & frigus cavendo.

*Decoct. Equiseti t̄bvj.*

R. Equiseti M. vj. Cydon. incis. Nō. iij. Sem.  
Sumach. Bac. Myrti ă ſiſ. Ros. rub. ſicc. M. iſiſ.  
Sem. Balaust. 3ij. Coq. in Aq. font. t̄bix. ad t̄bviſ.  
ſub finem addendo Gum. Tragac. 3vj. Col. adde  
Mel. Ros. Syr. ē Ros. ſicc. ă ſiſ. Syr. Myrt. 3iſ. m.

Propinetur haufius ter in die ad Ulcera Ves-  
cæ.

*Decoct. Expectorantis t̄bij.*

R. Rad. Irid. Florent. 3ij. Agar. (in nodulo  
lig.) 3iv. Herb. Nicotianæ ſicc. 3ij. Hyſſopi ,  
Thymi ă M. j. Coq. in Aq. 3xxxvij. ad 3xxviiiij.  
Col. diſſol. Oxym. ſimpl. 3iv. m.

Hujus Decocti ingredientia tenuibus acribus-  
que gaudent partibus; ideoque (ſanguinis com-  
meatu) in Ductus Tracheales penetrant; ibi-  
que materiae lentæ impingentes, eam adeo di-  
vidunt, attenuant, atque exagitant, ut fibris exin-  
dē irritatis, & inter tuffiendum ſuccellivē con-  
tractis, Tracheæ , & Veficularum ejus, con-  
tentia, ſursūm ejiciant. Remedium eſt planè præ-  
potens; & propinari oportet calidum inſtar Cof-  
fee, bis ad minimum in die.

*Decoct. Febrifugi Amari t̄bij.*

R. Flor. Chamæm. 3ij. Coccinel. gr. xvij. Coq.  
in Aq. font. t̄bij. ad t̄bij. Col. diſſol. Sal. Absint.  
3ij. m.

Subinde adde Aq. Theriacal. ſtill. 3ij. Ol. Ju-  
nip. gut. xvij. Sp. Sal. Armon. gut. octoginta. Et  
vespertinae dosi, Laud. liqu. gut. xx.

Specificum meritò audiat, & ſoli Cortici Pe-

42

D E  
ruviano cedens remedium. Imperare soleo ad 3iv.  
tertiis horis, absente Paroxysmo.

*Decoct. Febris fugi Magistralis ibij.*

R. Cort. Peruv. pul. 3iij. Coq. in Aq. ibij. ad  
3xiv. Col. & magnati refiduò affunde de novo  
Aq. ibij. Coq. iterum ad 3xiv. sib medium  
ctionis adde Bals. Tolu 3iij. Coccinel. 3j. Col. &  
utrisque colaturis committitis adde Syr. Garyoph.  
3iv. Ol. Nuc. Mosch. gut. ij. m.

Ad Corticis vires debite extrahendas, mirè  
longa consummataque requiritur Coctio. Cùm  
olim experimenti causâ ejusdem pulverem sæ-  
piùs decoxissem, non eo usque vires ejus ex-  
haurire valui, quin vel octavum Decoctum ma-  
nifestè adhuc amaricaret. Quo melius ergo ex  
hoc, & ejusmodi obstinatis, Virtus eliciatur,  
consultissimum erit in pulverem (non craßum,  
sed) subtilissimum redacta pertinaciter. Urge-  
re, & repetitis vicibus percoquere.

Quoties adeò sunt delicatuli, morosive pa-  
tientes, ut vel nequeant, vel nolint. Corticem  
in substantia craßiori admittere; hoc Decoctum  
in subcidium mihi venire solet. Dof. 3iv. tertiiis  
horis (à paroxysmo vacuis) donec fugatur Fe-  
bris.

*Decoct. Febris fugi Salfi ibij.*

R. Sal. Absint 3vij. Sacch. albi 3iv. Aq. font.  
ibij. Coq. ad despumationem in vase fictili vi-  
treato.

Felicem hujus efficaciam sæpiissimè expertus  
sum: atque tunc potissimum consului, cùm Fe-  
bris Cortici non amplius obediret, jamque in  
continuarum classem se recipere minaretur.

Dosis usualis fuit 3ij. alternis horis.

De-

*Decoct. Fracastorii ʒxij.*

R. Diaſcord. Boli pulv. a 5vj. Aq. Lact. Ale-  
xit. ʒx. Coq. ad ʒvij. Col. claræ adde Aq. Ment.  
ʒſs. Aq. Cinnam. fort. ʒij. Syr. de Mecon. ʒſs.  
m. pro 3. dos.

Huic virtus inest planè divina contra Diar-  
rhœam : namque ægritudines, angores, tormi-  
na Ventriculi, Intestinorumque furias (si quid  
aliud) sopit, & ſtit. Egregiæ ſpeciatim utili-  
tatis eft in Febribus Diarrhœa Symptomatica  
ſtipatis.

*Decoctum Fracastorii tenuē.*

R. Crustam panis albi inferiorem : Diaſcord.  
ʒſs. Coccinel. Əj. Coquantur (ad duas trefve  
ebullitiones) in Aq. font. ɪbj. ſub finem adden-  
do Sacch. alb. ʒſs. Col. per pannum Wallicum  
adjice Aq. Cinnam. ʒij. m.

Sit in potum ordinarium, in Febribus mali  
moris, cum Diarrhœa.

*Decoct. Glycyrrhizæ.*

R. Succ. Glycyrrh. Hisp. ʒſs. Mellis ʒj. Aq.  
Calc. ɪbj. Coq. ad diſſolutionem. Col. adde Tinct.  
Benzo. Əiv. m.

Commode præſcribatur contra Catarrhum.

*Decoct. Hysterici ɪbj.*

R. Raf. Lig. Buxi, Rad. Bryon. albæ a ʒſs.  
Rad. Paeon. mar. Valerianæ ſylv. a ʒj. Flor. Sta-  
chad. Arab. ʒij. Myrrhae contuf. ʒj. Coq. in Aq.  
font. ɪbj. ſub finem addendo Succi Rute ʒj.  
Col. ʒxiv. adde Aq. Bryon. Comp. ʒij. Tinct.  
Castor. ʒij. Ol. Succini gut. xxxij. Sacch. alb. ʒj.  
m.

Dos. cochl. v.

*Decoct. Ictericæ ɪbj.*

R. Rad. Curcumæ, Rub. Tinct. a ʒj. Herb.  
Che-

D E

Chelid. maj. cum toto M. ij. Lumbricos mundatos N°. xx. Coq. in Aq. & Vin. Rhen. à tibis. ad 3xvij. Col. adde Tinct. Croci. Aq. Ther. paratæ) 3j. Syr. è 5 Rad. 3ij. m.

Sanguinis massam, velut fermento novo, (sed miti) inspirat. Glandulas Hepaticas lustrat; Meatus Bilarios specificè deobstruit. Praegressa debitâ catharsi, ebibantur 3iv. bis in die, donec Affectionis disperuerit.

*Decoct. Incrastantis tibij.*

R. Gum. Arab. crassè pulv. 3ij. Coq. in Aq. Hord. tibij. ad 3xvij. adde Syr. Alth. 3iv. m.

Acerrimam, nimisque tenuem, Lympham temperat, & incrassat. Euporiston & optimum Medicamentum meritò est censendum in Ardo-re Urinæ. Usui esse potest in Tussi acri; item. Diabete. 3iv. præscribere soleo bis vel ter in die.

*Decoct. Corticis Juglandis. tibij.*

R. Cort. inter. Rad. Jugland. contus. tepide macerat. horas viii. in Aceto Sambucino, & ex-siccatur. 3ifs. Cort. Cappar. 3fs. Summit. Tamarisci, Herb. Agrimon. à M. ij. Coq. in Aq. & Vini albi à tibis. ad tibij. Col.

Omnino Splanchnicum est, & iisdem pollet virtutibus ac Decoctum Splanchnicum, (quod infra vide) nisi quod forte Splenis Affectionibus peculiariter magis medetur. Hujusmodi enim medicamenta unam aliquam partem, præ cæteris, virtute quādam specificā respicere deprehenduntur; quia eorum particulae Recrementis intra Viscus illud secernendis magis affines, & proinde associatae, una cum ipsis illuc feruntur.

Et praeter hanc affinitatem Liquidorum, videtur porro dari Congruentia quædam Solidorum, quā Medicamentum in particularem quādem

dem partem præcisè vim suam imprimit, penitus intactis aliis. Ita Helleborus albus Labia (observante de Grevv.) Cologynthis Lingue medium, Solanum lethale Palatum, & Jalapium Gulam maximè & præ aliis gustus organis) afficere solent.

*Decoct. Juglandum Purgans.*

R. Cort. Jugland. (ut suprà præp.) ʒss. Agar. (in nodulo) ʒj. Garyoph. gr. xv. Sal. Tart. ʒss. Coq. in Aq. font. ʒiv. adde Elix. Prop. Tartarifati gut. 6o. Scammon. præp. gr. ij. Ol. Anisi, Junip. a gut. j. m. f. Potio.

Hypochondriacis (ubi purgandum est) convenit.

*Decoct. Juniperini tibij.*

R. Bac. Junip. (probè contus. & in facco inclus.) ʒiv. Coq. in Vini Canar. tibij. ad. tibij. Col.

Stomachicum est, Carminativum, Anticolicum, Spleneticum, Diureticum; sumantur ʒij. ad ʒiv. bis terve in die.

Rulaudus vult ut patiens Hydropicus quotidie sumat ʒvi. aut plures calidè, & in lecto multum diuque sudet.

Coquit etiam ille Granorum Juniperi M. iv. in Seri Lactis tibij. ad tertias, pro potu ordinario in Ascite.

*Decoct. Junip. Compos.*

R. Bac. Junip. ʒiv. Coq. (telâ rarâ inclus. in Aq. font. tibjs. deinde adde Sem. Anisi, Carui, Fœnic. dulc. Coriand. a ʒij. Sal. Absint. ʒj. Clauſo vase reponatur, & cum refrixerint, Col. adde Sacch. alb. ʒij. Spir. Cochl. ʒvij. Sp. Sal. Armon. gut. octoginta m. Juniperi Baccæ Aromat. Germanorum appellantur; atque Sale volatili, aro-

ma

46 D E  
matico, oleoso, balsamico, & quasi Terebin-  
thinaceo, ditantur.

Decoctum hoc Ventriculum roborat; Con-  
coctionem adjuvat; Flatus discutit; Colicam  
præcavet, Affectionem Hypochondriacam alle-  
vat; Cerebrum, Nervos, Pulmones, Renes,  
& Uterum confortat; Putredinem corrigit, dif-  
positionem Renum Calculosam emendat; Men-  
ies promovet; Urinam ciet.

*Decoctum Liberans.*

R. Rad. Sarsap. 3vj. Uvar. Corinth. concif.  
3vii. Infusa f. a. coq. in Aq. fibxij. ad fibvj. in Col.  
extingue Calc. vive fibs. Post subsidentiam re-  
serv. in Lagenis vitreis.

In Affectibus Catarrhosis, Empyemate, Phthi-  
si, Strumis, Diabete, Ulceribus humidis. Den-  
tur 3jj. ter in die.

*Decoct. è Lignis. fibvj.*

R. Guajaci 3iv. Sassafras. 3ij. Sant. citr. & rub. à  
3j. Ebor. C. C. à 3fs. Infunde, & coque f. a. in  
Aq. font. fibxij. ad fibvj. Col. edule. Sacch. q. s.

Exsiccatur, Attenuatur, Sudorem movet. Accom-  
modatum est Catarrhosis, Arthriticis, Paralyti-  
cis, Hydropicis, Leucophlegmaticis, Ulcera-  
tis, & temperamento frigidiori præditis. Dos.  
3iv. bis quotidie.

Verum in temperamento bilioso, & Sanguini-  
acriori, quantitas Guajaci, & Sassafras. minuantur;  
& Sarfa & China substituantur oportet.

*Decoct. Lusitanici fibij.*

R. Aq. font. 3xxvj. Succi Limon. Sacch. albi à  
3ij. Coccinel. 3j. Coq. in olla vitreata ad despu-  
mentationem, tandem adde Aq. Rosar. Dam. 3iv. &  
per subsidentiam depuretur.

Aliquando præscripsi Succ. Limon. Sacchi. alb.  
3 3iv. Po.

## D E

47

Potus est visui elegantissimus, gustui gratillimus, febricitantibus desideratissimus : calorem, & fervorem Ventriculi, & Sanguinis cohibet : Situm tollit ; Urinam movet. Propinetur ad libitum.

*Decoct. Malacenſe.*

R. Passul. Malaceu. concis. 3ij. Alth. 3j. Glycyrrh. 3fs. Herb. Malvæ M. ij. Sem. Lini 3ij. Coq. ex Aq. Hord. depur. ibij. ad ij. In Col. diſſolve Gum. Arab. 3j. m.

Obtundit, lœvigat, incrassat.

*Decoct. Malvæ Magistralis ibij.*

R. Herb. Malvæ integræ M. viij. Coq. in Aq. ibvij. ad ibvj. Liquori colato (fed non exprefſo) inde de novo Malv. integr. M. iv. Coq. iterum ad ibiv. Col. per ſubſidentiam depuratæ ad de Rad. Alth. 3ij. Glycyrrh. Passul. fol. à 3j. Lap. Prunel. 3ij. Coq. ad 3xxx. & col. diſſolv. Gum. Arab. 3fs. Syr. Alth. 3ij. m.

Conſtat ex lenibus, mollibus, mucosis partibus; ideoque humorum acredinem obtundit : Serum nimis tenue incrassat ; Sanguinis fervorem refrigerat ; Habitum corporis justo aridorem humectat ; Alvum lenit ; Urinæ ardorem obtundit ; Diuresin movet ; & Calculofolis egredię prodeſt.

*Decoct. Maſtichinum.*

R. Maſtic. 3j. Crustam inferiorem panis albi, Macis 3j. f. Decoct. in Decocti Cornu Cervi calycin (præcipitando clarefacti) ibij. ad ij. Col. ad de Conserv. Rosar. rub. 3iv. f. Infus. calida iv. hor. Col. adde Aq. Cinnam. 3ij. m.

Ad Nauseam, Vomitionem, Diarrhoeam. Dof. 3iv.

De-

*Decoct. Millefolii tbij.*

R. Herb. Millefol. M. ij. Lamii flore albo. Cy-nogl. aī M.j. Raf. Sant. rub. ȝ ss. Coq. in Aq. tbij. ad tbij. sub finem addendo Terra Japon. ȝ ij. Mac. contuf. ȝ j. Sacch. alb. ȝ iij. m.

Propin. ȝ iij. umā cum Alb. Ovi j. conquaflato vesp. & manē, ad Fluorem album.

*Decoct. ad Morsum Canis rabidi tbiv.*

R. Lig. Buxi, Sem. Paeon. mar. a ȝ j. Herb. Salv. Scorodon. Beton. Sanic. Angel. Morf. Diab. Solani sign. a M.j. Coq. in Aq. tbv. ad iij.

Propin. ȝ iv. cum Ther. Ven. ȝ ss. ter in die.

Ad hunc usum, & morsus quoſcunque vene-natos, expertum eft Decoct. ad Mori. Pharm. Batean.

*Decoct. Nephritici tbij.*

R. Rad. Alth. ȝ ss. Glycyrrh. ȝ ss. Herb. Virgæ Aur. M. ij. Alth. Parietar. a M.j. Fic. No. iv. Bac. Junip. Sem. Petroſel. Macedon. Bardane, Milii Sol. (sub med. coctionis addit.) a ȝ j. Coq. in Liqu. Posset. (Vino albo alterati) tbij. ad ȝ xxvij. Col. edulc. Syr. Alth. ȝ iv. m.

*Decoct. Neuroticum.*

R. Raf. Lig. Guajaci ȝ j. Rad. Paeon. mar. ȝ ss. Rad. Calami Arom. Angel. Hisp. a ȝ ij. f. Decoct. in Aq. font. tbij. ad ȝ xxvij. Col. addē Ol. Roril-mar. gut. xxxij. Balf. Peruv. gut. xvi. Vitel. Ov. N. 1. Sacch. alb. Aq. Paeon. comp. a ȝ ij. Spir. Lavend. comp. Sippir. Sal. Armon. a gut. octoginta. m.

Ad Caput & Nervos roborandos.

*Decoct. Pacifici tbij.*

R. Capit. Papav. albi (fini femine) ȝ j. Con-cif. coq. in Aq. font. tbij. ad ȝ xxvij. sub finem addendo Flor. Paralyf. sicc. ȝ ij. Col. dissol. Diaf-cord.

cord. 3ij. Syr. de Mecon. 3ij. Syr. Limon. 3j. m.

Temperatum est; & somnum accersit. Dof.  
3ij. vel 3iv.

*Decoct. Pacificum Hystericum.*

R. Capit. Papav. alb. siccata concif. & cum Se-  
minib. contus. 3j. Aq. font. tbsis. Coq. ad tbsis. in  
col. dissol. Asiae foet. 3ij. Sacch. alb. 3j.

Aliquando ordinavi Asiae foet. 3iv. & Gum.  
Ammon. 3ij.

Dof. cochl. ij. vel iij.

*Decoct. Passulati Ibjij.*

R. Passul. sol. enucleat. Et minutim concif.  
3iv. Coq. in Aq. font. Ibjij. ad Ibjij. & col.  
Pro Medici intentione, addi potest Tart. alb.  
a 3ij. ad 3ss.

Potus est sat gratus. Morbis Pectoris, & Lie-  
nis, benè inservit. Sitim sedat. Si commisceatur  
anaticā quantitate cum Aqua Calcis. Remedium  
erit insigniter efficax contra Affectus Catarrha-  
les.

Si in hac Col. infund. Sennae 3ij. remedium  
erit familiare Nephriticorum. Nephritici enim  
debent habere (inquit Saxonia) aliquod medi-  
camentum familiare, quod Excrements per In-  
testina ducantur (nam qui alvum habent lubri-  
cam, Arenulis, & Calculo non laborant) dum-  
modo tamen medicamenta non componantur  
cum Diureticis; & propterea illi male agunt,  
qui præservationis tempore, & ad Revulsionis  
scopum, utuntur Cattia; illa enim dejectoria  
est, & diuretica; & propterea in hunc finem  
divertendi, non est accipiēda.

*Decoct. Pectoralis Ibjij.*

R. Hord. perl. Passul. sol. a 3j. Fic. Dactyl. a  
N°. viii. Glycyrrh. 3ss. Sem. Anisi (sub finem  
D ad-

## D E

<sup>50</sup> additi) 3ij. Fiat Decoct. Aq. font. Ibjj. ad Ibjj.  
Col.

Lenta, molli, blandaque dulcedine dotatur; exinde partim sanguinem (in fluorem dispositum) incrassando, acremque corrigendo; partim phlegmam Pulmonibus impactum maturando; partimque Ramulos Bronchiales, Tracheaeque latera, demulcendo, humectando, & lubricando, egregie Tussi opitulatur. Porro in Pleurite, Rheumatismo, Variolis & Nephritide, cum fructu laudabili usurpatur. Dosi. ab 3ij. ad 3vj. bis terve in die.

Si vim purgantem adjicere velles, R. Hujus Decocti Ibjis. Sennæ 3j. Agar. Crem. Tart. a 3ij. Coq. ad 3xv. Col. difflolve Mannæ 3ij. pro iv. dosibus.

*Decoct. Pectorale Balsamicum.*

R. Rad. Sarsap. Chinæ a 3ss. Capit. Papav. alb. fccat. (sine feminib.) concis. Paullul. Malacens. a 3j. Glycyrrh. 3ss. Ter. Japon. 3ij. f. Decoctio in Cerevis. fortis novellæ (non fermentatae) Ibjv. ad 3xxx. paulò ante finem addendo Ball. Tolut. 3ij. & in fine Sem. Carui & Fœnic. dulc. a 3ij. Liquori frigesfacto, & per tēlam cannabinam sine expressione traeçto, admisce Ol. Anisi gut. ij. Bals. Peruv. 3ij. Troch. Bech. nig. 3j. Tinct. Croci (Aq. Theriacal. paratae) 3j. Tinct. Benzo. 3ij. m.

*Decoct. Phthisici Ibj.*

R. Flor. Bellidis maj. M. j. Limac. mundat. No. iiij. Rad. Eryngii cond. 3ss. Hord. perl. 3ij. Coq. in Aq. font. Ibjis. ad. Ibj. Col.

Particulas sanguinis salinas efferaſque compescit, & demulcet, ne per corporis canales impetuosiū delatae, Pulmonum partiumque solidarum substantiam prædentur, & abripant. Inſu-

super Nutrimentum præbet molle, & innocuum,  
quale sanguini (jam quoad cras in fracto) nullas  
faces lit molestias. Locum habet in Phthisi, Fe-  
bre Hectica, & Sudoribus nocturnis. Sumat  
æger ab  $\frac{3}{4}$  iv. ad  $\frac{3}{4}$  viij. calidè, addendo Lactis tan-  
tundem, manè, & vesperi, loco Jentaculi, &  
Cœnæ.

*Decoc. Pleuriticum.*

R. Decoc. Pect. fibij. Succi Fimi Equ.  $\frac{3}{4}$  ij. Ol.  
Anisi gut. viij. Sacch. albi  $\frac{3}{4}$  j. m.

Dof.  $\frac{3}{4}$  iv. quartis horis, cum Spir. Sal. Armon.  
gut. xv.

*Decoc. Paeoniae Comp.*

R. Lig. Saffaph. Sant. citr.  $\frac{3}{4}$  ij. Rad. Paeon.  
mar.  $\frac{3}{4}$  ij. Rub. Tinctor. Cort. Tamaris. Cappar.  $\frac{3}{4}$   
 $\frac{3}{4}$  fs. Herb. Ceterach, Ling. Cerv. Cuscut. Hepat.  
 $\frac{3}{4}$  Mfs. Præp. decoq. in Aq. font. fibij. Col. ferven-  
tis fibij. affundantur super Bac. Junip.  $\frac{3}{4}$  j. Bac. Lau-  
ri  $\frac{3}{4}$  fs. Sem. Foenic. dulc. Carui, Coriandri, Dau-  
ci sylv.  $\frac{3}{4}$  j. Obturato vase, reponantur dum re-  
frixerint; deinde Col. fine expressione adde Aq.  
Lumb. Magistr. Gent. comp.  $\frac{3}{4}$  ij. Sacchari  $\frac{3}{4}$  jj.  
m.

Dof.  $\frac{3}{4}$  iv. ad Affectiones Hypochondriacas &  
Spleneticas.

*Decoc. Pforici fibij.*

R. Herb. Fumar. Jacobææ  $\frac{3}{4}$  M. j. Glycyrrh.  
 $\frac{3}{4}$  j. Argenti vivi  $\frac{3}{4}$  iv. Coq. in Aq. Font. fibij fs. ad  
fibij. Coletur & (lēposito Argento vivo) edul-  
coretur Sacch. ad libitum.

Ad omnes Affectus Cutaneos, dentur  $\frac{3}{4}$  iv.  
manè, & serd.

*Decoc. Purgans commune.*

R. Seinae  $\frac{3}{4}$  jj. Crém. Tart.  $\frac{3}{4}$  j. Coq. in Aq.  $\frac{3}{4}$  viij.  
ad  $\frac{3}{4}$  jj. Col. diffol. Manne  $\frac{3}{4}$  fs. Syr. e Cich. cum

Rhab. 5vj. Ol. Anisi gut. j.m. pro potionē maturi-  
na. Addi possint, pro re nata, Scammonii, p.  
gr. ij. vel iv.

*Decoct. Quercinum.*

R. Cort. recent. ē ramis junioribus Quercis  
3iv. Coq. in Decoct. Corn. Cerv. calcin. (per  
præcipitationem depurati) Ibjv. ad Ibjij. Col. fer-  
vens affundatur super pul. Cinnam. 3ij. Nuc.  
Mosc. 3j. Mac. Garyoph. a 3fs. Liquor. cūm re-  
frixerit coletur, & cum Syr. Cydon. 3iv. edul-  
coretur.

Ventrī profluvia fistit.

*Decoct. Raparum Ibj.*

R. Rad. Rap. in taleolas incis. Ibjfs. Herb. Cy-  
nogl. Tussilag. a M.j. Pasifl. fol. 3j. Glycyrrh. 3is.  
Coq. in Aq. Hord. Ibjv. ad medias, sub finem ad-  
dendo Sem. Coriand. contus. 3is. Col. diffol.  
Sacch. candi albi 3ij.m.

Pectorale est : temperat ; maturat ; incrassat.

*Decoct. Rosarum Ibj.*

R. Conserv. Ros. rub. 3ij. Pasifl. de Malaca  
concif. 3j. Glycyrrh. Sem. Melon. a 3is. Aq. Hord.  
Ibjij. Coq. ad Ibjij. & col.

Rectè prescribitur, quando tenue falsum &  
acre Sertum, ē glandulis exudans, Asperam Ar-  
teriam & Pulmones irritans, Tussim quidem  
vehementem excitat; sed tamen omnem excrean-  
di expuendique conatum eludens, facile Pul-  
mones exulceret, & Phthisim inducat.

*Decoct. Sacri Ibj.*

R. Rad. Serpent. Virgin. contus. 3vj. Coq. in  
Aq. font. Ibj. ad Ibjfs. Col. & magnati residuo af-  
fundere novo Aquæ Ibj. rursum coque (sub  
medium coctionis addendo Coccinellæ 3fs.) ad  
Ibjfs.

ibls. Col. iterum; utrasque colaturas misce, iij-  
que dissolue calide & clausæ Theriacæ Ven. 3fs.  
Mellis 3j. Col.

Exoptatissimum hic fisto Alexipharmacum,  
nullique secundum. Cruorem enim, & succos  
in vaenis & visceribus fluentes, velut novo  
fermento inspirat; eosdem leniter movendo, & in  
æquabili mixtione fervando, à coagulatione &  
putredine vindicat; Veneni particulas agglomer-  
rari coepitas, blandâ agitatione, ab invicem dis-  
sipat, & à maturatione impedit: deindeque san-  
guinem & spiritus occupando, eos adeò erigit,  
& firmat, ut vel à characteris venenoli impre-  
fessionibus omnino tueatur; vel si Miasma actu-  
jam Cruorem afficerit, ab amplexibus illud po-  
tenter abripiat, & per Diaphoresin foras aman-  
det.

In feribus ergo continuis mali moris, & Pe-  
stilentialibus, ubi *τὸ θεῖον* datur Hippocratis,  
hoc Sacrum audire debet Decoctum, & divi-  
num planè Auxilium. Atque (inter alia hujus-  
modi Februm) præcipue Diarrhoeam sympto-  
maticam (Adstringentibus nihilum proficien-  
tibus) miro modo sistere aliquoties animadverti;  
quamvis (ut verum fatetur) unum subinde aut  
alterum observavi, cui (ut Cortex Peruvianus  
nonnunquam solet) ventrem solverit.

Nobilissimum infuper est tomachicum, Hy-  
stericum, & Anthelminthicum. In Febribus  
continuis, & mali moris exhibeo ad cochl. ij.  
vel iiij. tertiiis horis.

*Decoc. Sacrum Sedativum.*

R. Rad. Serpent. Virgin. contuf. 3ij. Capit. Pa-  
pav. alb. fccat. concif. & cum feminis. contuf.  
3fs. Coq. in Aq. font. 3xxiv. ad 3xij. sub finem ad-  
den-

D E

54  
dendo Theriac. Venet. 5ij. Col. pro iv. dosibus.  
Contra Agrypniam in Febribus mali moris,  
sed cautè, cum Spiritus oppressi Papaverinis fe-  
rendis sàpè sunt impares.

*Decoct. Sancti Ibjij.*

R. Ligni Sancti 3j. Coq. in Aq. font. Ibjiv. ad  
Ibjij. sub medium coctionis addendo Passul. sol.  
3j. Succi Glycyrrh. Hisp. 3ij. Col. aliquando ad-  
do Terra Japon. 3ij.

Vel omisis Passulis, & Glycyrrizâ, sub finem  
coctionis adde Conserv. Ros. rub. 3ij. & in Col.  
dissolve Syr. è succo Cynoglossi 3ij. m.

Simplex est; facilè & vili paratur: æquè ve-  
rò (si non magis) efficax existit, ac illa quæ  
rompozo quidem apparatu, numerosâque rerum  
farragine cumulari (quidni & impediri) passim  
affolent. Iisdem pollet viribus ac Decoct. Lign.  
quod vide.

*Decoct. Sanct. Purgans.*

R. Raf. Lig. Guajaci 3j. Passul. Sol. 3iv. Coq.  
in Aq. font. Ibjiv. ad Ibjij. Col. calida superafun-  
datur Sennæ 3j. Rhab. Agar. (nodulo ligati)  
Sem. Carui añ 3fs. Sem. Fœnic. dulc. Anili añ  
3ij. f. infus. clausa in Hypocausto vj. horas. Col.  
3xxvj. dissolute Mannæ, Syr. Ros. sol. à 3ij. Col.  
iterum, & adde Aq. Mirab. Cinnam. à 3j. m.  
Dof. 3iv.

*Decoct. Sarsæ Ibjij.*

R. Sarsæ præp. 3ij. Passul. sol. 3ifs. Infundè s.  
a. & coq. in Aq. font. Ibjiv. ad Ibjij. Col. dissol. Suc-  
ci Glyc. Hisp. 3ij. m.

Ideo hoc dedi, quia totus Medicorum grec  
uno ore prædictit, quin & quotidie præscribit,  
ad acres humores edulcorandos; doloresque va-  
gos proligandos. Temperatum quidem est (si  
omnino dicendum) remedium. Quoad

Quoad me vero (si liberè liceat eloqui) ræpius notavi Sarsum & Chinam Stomachi vigorem obtudisse ; nunquam autem in Praxi mea observare adhuc potui multum emolumenti cuiam ex earum usu accessisse. Forsan ipse infidelis & impatiens non sat perseveranter usurpavi. Praescribi solet ad tibis, bis vel ter in die.

*Decoct. Scelotyrbici tibij.*

R. Summit. Pini (vel Abiet.) concif. M. iv. Cort. Winter. contus. 3 ss. Coq. in Aq. font. tibij. ad 3 xx. affundendo (sub finem coctionis) Suc ci Tarax. 3 iv. Col. frigidæ adde Spir. Cochli. 3 ss. Aq. Raph. Comp. Syr. Bac. Samb. a 3 iv. m.

Hyemali tempore , quando Herbae sunt plerumque exsiccæ , & effætæ , hoc potest cinnari remedium, iisque opportune substitui.

Sanguinem & succos attenuat, depurat, vegetius actuat ; Salis & Sulphuris concretiones dissolvit ; Obstructiones referat ; & faculentias foras, per Diaphoresin, aut Diuresin, amandat. Appropriatur Scorbaticis. Dof. 3 iv. bis quotidie.

*Decoct. Scorzonerae tibij.*

R. Hord. perl. 3 ss. Rad. Scorzon. 3 ij. Acetosæ 3 j. Herb. Lujulæ M. j. Cort. ij. Pomor. Coq. in Aq. font. tibij. ad 3 xxvij. Col. edulcoretur Syr. Limon & e Rubo Idæo 3 ij. m.

Jucundus est potus ; sitim explens ; incendium febrile reprimens ; Malignitatem compescens ; & per Urinam expellens. Usurpatur com mode in Febribus continuis pro potu ordinario.

*Decoct. ad Scrophulas tibij.*

R. Herb. Marrub. alb. Geran. Rob. Apii, Agri mon. a M. j. Sem. Anethi 3 ss. Coq. in Aq. font. tibis. ad tibij. Ab igne auferantur, & cum refri xerint, col.

Interiores corporis recessus ingreditur; Glan-  
dulas peculiariter luftrat; crati & fermento de-  
pravatas emendar: succos, & faeces inibi fla-  
bulantes attenuat; tandemque exterminat. Su-  
muntur 3*iv.* bis in die per mensem; singulisque  
dosibus exprimantur Millepedes N°. 40.

*Decoct. Sifentis* ibij.

R. Pul. Boli Armen. 3*j.* Cretæ albae 3*iiij.* Coq.  
in Aq. font. 1*bij.* ad 3*xxvj.* Col. per sublid. de-  
pur. adde Diaſcord. 3*fs.* Aq. Cinnam. Syr. Cydon.  
& e Ros. ficc. añ 3*ij.* Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.  
Col.

Ad Diarrheam reprimendam dentur 3*iv.* quo-  
ties Indicatio requisiuerit.

*Decoct. Splanchnici* ibij.

R. Rad. Curcumæ contuf. 3*j.* Rhab. Spicæ  
Nardi añ 3*j.* Sem. Fraxini 3*fs.* Herb. Agrimon.  
Ceterach. añ M. j. Summit. Tamarisci M. ij. Coq.  
in Aq. 1*bij.* ad 3*xxiv.* Col. adde Aq. Lumbric.  
Magist. Syr. de 5. Rad. añ 3*iv.* Sp. Cochlear. 3*ij.*  
Elix. Prop. Tartar. 3*j.* m.

Sanguinem, ejusque partes constitutivas, in  
Effervescentiam quandam incitat, adeoque com-  
minuit, dividit, & huc illuc rapidius adigit. Ut,  
coagulationibus & concretionibus quibusque  
inhibit, feculentiae & impuritates omnes fa-  
cilè abscedant, inque propriis Emunctoriis de-  
positæ, foras convehantur. Ita Effluvia vaporo-  
ra in Habitum Corporis, Recrementa Serosa in  
Renes, Bilioſa in Hepar, aliaque in alia Emissa-  
ria quibusque adaptata, sine impedimento, aut  
adhæſione, fecludantur. Dof. 3*iv.* bis in die.

*Decoct. Splenetici* ibij.

R. Cort. Cappar. Fraxini añ 3*ij.* Summit. Ta-  
marisci, Herb. Agrim. añ M. ij. Sal. Tart. 3*ij.* Coq.  
in

## D E

57

in Aq. font. fibjs. sub finem addendo Vini albi  
fibjs. Spicæ Nardi 3ij. Col. 3xxvj. adde Aq. Lum-  
bric. Magist. 3iv. Aq. Raph. comp. 3ij. Spir. Cochl.  
3ij. Elix. Propr. Tartaris. 3iv. m.

*Decoct. Styptici fibij.*

R. Rad. Urticæ, Confolidæ maj. 3ifs. Herb.  
Millefol. Plantag. añ M. j. Cort. Granat. Gum.  
Arab. añ 3ij. Sem. Papav. albi Hyoscyami añ 3ij.  
Coq. in Aq. font. fibij. ad 3xxvij. Col. adde Syr.  
e Rosis sic. 3iv. Sacch. Saturni 3j. Croci Martis  
adstring. 3iv. m.

Sanguinem acrem contemperat; tenuem in-  
crassat; bullientem refrigerat: Valorum tonum  
roborat; Fibras corrugat; & oscula obfignat.  
Locum habet in quibuscunque Hæmorrhagiis.  
Exhibeantur 3iv. bis in die.

*Decoct. Tamarindorum fibij.*

R. Tamarind. 3ij. Passul. fol. 3iv. Coq. in Aq.  
puræ fibij. ad fibij. Col.

Incendium sanguinis refrænat; Sitim inexple-  
bilem relevat; Humeçtat; Laxat, Rite fumitur  
in Febribus obstinata alvo, siti & Habitus ari-  
ditate molestantibus, pro potu ordinario.

*Decoct. Tartarifati fibij.*

R. Raf. Ebor. 3fs. Rad. & Fol. Fragar. M. iv.  
Tartari albi 3fs. Sal. Tart. 3ij. Coq. in Aq. font.  
fibij. Col. fibjs. adde Aq. Ment. Lumbric. Mag. añ  
3ij. Aq. Mirab. 3iv. Sacch. albi 3ij. m.

Sumantur 3vj. ter in die ad lcterum.

*Decoct. Tartaris. purgans.*

R. Passul. fol. & Corinth. concis. añ 3ij. Tart.  
alb. pulv. 3j. Coq. in vase fictili vitreato ex Aq.  
font. fibij. ad ij. Col. adde Sennæ 3ij. f. infus. cali-  
da vj. horas. In Col. expressa subfido clara  
facta dissolve Mannæ, Syr. Ros. fol. a 3ij. Col.  
iterum.

Dos. ʒ iv. Vide Decoct. Passifl.

*Decoct. Tolutani ibij.*

R. Raf. Guajaci ʒ j. Tacamah. Balf. Tolut. à ʒ fs.  
Coq. in Aq. Hord. ibij. ad ibij. Quando friget  
coletur, & addit. Sacch. albi ʒ ij. Balf. Peruv. gut.  
xyj. Ol. Cinnam. Nuc. Mosch. à gut. ij. m.

Quoad vires, incidit cum Decocto Balsamico, sed aliquantò calidius est.

*Decoct. Traumatici ibij.*

R. Rad. Bardanae ʒ ijj. Rub. Tinct. ʒ vj. Rhab.  
ʒ ij. Herb. Dictam. Cret. Hyper. Sanic. Bugulæ à  
M. j. Coq. in Aq. ibij. & Vini albi (sub finem ad-  
diti) ibj. ad ʒ xxvij. Col. dissol. Theriacæ Ven.  
ʒ ij. Mellis ʒ ijj. Oxyym. simpl. ʒ j. m.

Concretiones cruentis ubi extravasatas dissol-  
vit, & circulationi denuò reddit Recrementa  
per Urinam & Sudorem educit; nec tamen in-  
terior fervorem accendit. Partes lœtas roborat,  
conglutinat, sanat. Dos. ʒ fs. bis in die.

*Decoct. Trifolii ibij.*

R. Herb. Siec. Trifol. fibrini, Chamæpit. à ʒ fs.  
Solani lignosi M. j. Bac. Lauri, Flor. Staechad.  
Arab. à ʒ ij. Coq. in Aq. font. ibij. ad ibij. sub  
finem addendo Succi Ruta ʒ j. Col.

Trifolium fibrinum herba est amara, utilis  
quidem, & minimè contemmnda; sed verò à  
Simone Pauli (in Quadr. Botan.) me judice, su-  
pra meritum & modum prædicatur.

Hujus Decocti est, ut Scorbuticis, Arthriti-  
cis (& propter genus nervosum labefactatum)  
dolentibus, opem promittat.

*Decoct. Variolosi ibij.*

R. Rad. Scorzon. ʒ ijs. Glycyrrh. ʒ fs. Fic. N°  
vij. Passif. sol. exacinat. ʒ j. Raf. CC. ʒ ij. Coccinel.  
(in-

(integ. sub finem add.) *Div. Coq. in Aq. Hord.*  
flbiji. ad 3xxx. Col. adde Syr. Garyoph. Limon. a  
3j. m.

Scorzoneram quidem præscribimus, quia ir-  
resistibilis Medicorum Mos ita vult. Cum vero  
nec Odore, nec Sapore, se nobis commendat;  
& vires valde obscuras, si omnino illas, edit:  
Respublica Medica (ut opinor) non grave dan-  
num sustineret, si ab Officiniis in posterum peni-  
tus ablegaretur.

*Decoct. Urtica Acidum.*

R. Rad. Urticæ recent. 3iv. Sem. Urticæ Tart.  
alb. pulv. a 3fs. Coq. in Aq. font. flbij. ad flbis.  
Col. adde Vini Rhen. 3iv. Syr. Viol. Limon. a  
3ij. m.

Ad Urinam ciendam dentur 3iv. pro dosi.

*Decoct. Urtica Alcalifatum.*

R. Rad. Urticæ recent. 3iv. Sem. Urticæ 3fs.  
Herb. Urticæ M. ij. Coq. in Aq. font. flbij. ad  
3xxv. In Col. dissolve Sal. Prunel. Sal. Tart. aij.  
Sij. Adde Aq. Raph. comp. Syr. e 5. Rad. Syr.  
Alth. aij. Spir. Sal. Armon. gut. octoginta. m.

*Elæosaccharum Cardiacum.*

R. Ol. Cinnam. gut. vj. Mosc. Ambr. grif. Cro-  
ci aij gr. iij. Sacch. alb. 3j. & gr. xv. m. f. pulv. in  
vj. doſes divid. in vehiculo idoneo sumendas.

Ad Oleorum destillatorum probationem; gut-  
ta una vel altera indatur aquæ calidæ in cochlea-  
ri super ignem posito; si enim oleum promptè  
avolet, & nihil pinguedinis post se in aquæ su-  
perficie relinquit, bonum est signum illud non  
esse pinguedine, aut oleo aliquo expresso, adul-  
teratum.